

20.373

Foll. 20.373

En el Seminario à las 8 de la tarde.

9719

PROPOSITIONES DE RE LOGICA

PROPUGNANDAE

A D. FRANCISCO JULIANO BENEDITO,
IN COLLEGIO SEMINARIOQUE ORCELENSI\$ TOGATO

Philosophiae auditore.

PRAESIDE

JOACHIMO LAURENTIO

VILLANUEVA,

PHILOSOPHIAE PROFESORE.



LOCUS CERTAMINIS

IPSIUS SEMINARIII TEMPLUM.
Die 19 Junii, anni MDCCLXXVIII.



Cum Superiorum permissu.

MURCIAE: APUD FRANCISCUM BENEDITO.



CONFIDENTIAL

ADMINISTRATIVE

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

SOLI SCHOLARUM FULGENTISSIMO

PIETATIS AC SAPIENTIAE DECORI SPLENDIDISSIMO

D. THOMAE AQUINATI

SUBSCRIPTAS PROPOSITIONES

PRIMA QUAE FACIT IN RE LITTERARIA TENTAMINA

D. D. D.

IN AETERNUM AMORIS ET OBSERVANTIAE PIGNUS

Franciscus Julianus Bedito.

ONCE THE THE THE THE THE

ONCE THE THE THE THE THE

ONCE THE THE THE THE THE

ONCE THE THE THE THE THE

ONCE THE THE THE THE THE

ONCE THE THE THE THE THE

ONCE THE THE THE THE THE

ONCE THE THE THE THE THE

JOACH. LAUR. VILLANUEVA


Lectori. S.



I quippiam in his Thesibus offendas, Lector humanissime, quod non sit Scholae principis consentaneum, ne ineptum id proinde censeas ad virum Philosophum efformandum. Propositum enim mihi fuit Adolescentibus, qui meis curis commisi sunt, eam Logicam tradere, quae, ut eorum mentem ab erroribus & praeiuditiis exuat, sic ad perfectum scientiarum apicem attingendum disponat, ac veluti calcar suppeditet. Quod autem ad Religionis & Ecclesiae disciplinam pertinet, ad quam nostri Seminarii sanissima statuta alumnos, qui in eo educantur, excitant, aliciuntque; certe nisi arte praevia, quae rationem libere dirigat, salutari illa à longe poterit, pie utiliterque comparari non poterit. Et quoniam non certis quibusdam, destinatisque sententiis ea sum necessitate consecratus, ut etiam quae mihi non probantur cogar constantiae causa defendere; recte facturum existimavi, si ab iis quaestiunculis abstinerem, quae ut Iuvenum dedolendis ingeniis apta vulgò censeantur, obscuriora tamen, & implicatiora sunt, quam sapiant veram Logicam, facultatem nempe perficiendi intellectum, non onerandi. Cui rei exequendae, non modo mei muneris ratio, sed Melchioris quoque Cani consilium impulit, quo, nisi meus me fallit in tantum virum amor & obsequium, nescio an in paranda bonarum litterarum institutione alius fuerit oculatior. „ Praeclare, inquit, cum

„ eo agetur , cui praeceptor contigerit qui cum certa ab
„ incertis separet , tum vanis quaestionibus declinatis , utiles
„ & necessarias seligat , doceatque discipulos esse quandam
„ doctam , ut ita dicam , ignorantiam , sapientiusque esse
„ quaedam nescire , quam scire“ (a) . Iam ad antiquorum
opinionum quod attinet , non ex iis ego sum , qui si vetus ali-
quid tetigerint , metuunt illico ne contaminentur : idcirco si
quid ex Scholasticorum officinis institutum nostrum ob oculos
aliquando posuit , quod huic fini novimus esse oportunum , Au-
ditores testes sunt , quanto illud animi conatu a nobis fuerint
edocti . Habes igitur , Lector , in his Thesis praecipua di-
rigendae mentis praecepta : si quid desideretur , condonandum
id est ingenio adolescentum imbecilli , quibus satis fuerit pro
priori studiorum curriculo in paucis hisce vires tentare , &
experiri . Vale .

(a) L. 9. de Loc. Theolog. cap. 7.



I.



Logicam à *logos* graeco vocabulo derivatam latine dicimus sermonem, id est, artem sermocinandi, sicque definimus: Facultatem quae verum inveniendi vires perficit, erroribus medetur, qui obstant eius consecutioni, estque tota in iuvanda nostrae constitutionis angustia.

II. Inde mentis virtus in Scholis nuncupatur, quasi dixeris medicinam, quae eius naevis, & vitiis occurrit; scientia quoque, theoretica illa quidem, ut quae rationem suppeditet inveniendae veritatis organum, seu via, qua veluti manu ducimur ad reliquas disciplinas foelici successu comparandas.

III. Logicae originis, progressus, corruptionis, emendationis notitiam in pugna dabimus, paucioribus, quoad fieri possit comprehensam.

IV. Existere in nobis praeter corpus, quod intuemur, aliud ulterius immateriale & immortale principium, ex iis quae intra nos experimur, apparet facillime.

V. Qui animae & corporis commercium clare sibi pollicentur exponere, excitant ii fluctus in simpulo, & in re, quae nunquam innotescet, operam, & tempus insumunt.

VI. Haud simile vero esto iudicium de mentis principatu, quem cerebrum tenere, nulla hodie dum restat via dubitandi.

VII. Anima haec nostra multiplici gaudet agendi facultate, unde variae prodeunt operationes, quas nemo haecenus, quod sciam, in numerato habuit. Quae innotescunt tamen non abs re
erit

4
erit ad tres potissimum classes revocare , perceptionum , iudicio-
rum , ratiocinationum.

VIII. Perceptionem dicimus nudam rei contemplationem , quae
nobis nihil de obiecto aientibus , aut negantibus accidit.

IX. An probe stabilierint Philosophi illam inter & ideam dis-
crimen ? Concertatio est inter recentiores satis fragosa. Nostrum de
ea re iudicium lubenter proferemus , tum & persequemur vulgatas
idearum divisiones.

X. Iam diu obtinuit in Scholis consuetudo disputandi de
idearum origine. Nobis videtur idearum ingenitarum opinionem
constituisse dumtaxat earum assertores , haecenus non demons-
trasse.

XI. De ideis universalibus non aliter dimicant Scholastici , ac
pro aris , & focis. Satis nobis fuerit sartam tectam Porphirii tri-
butionem in quinque classes servare , ut quae magni sit in scien-
tiis usus : multumque conferat ad clare de rebus iudicandum &
loquendum.

XII. Alia quaestio de universalium existentia magis est pers-
picua , quam eius enucleandae gratia ad tricas & cavillationes con-
fugere oporteat. Si Scholasticorum tamen sententia nude statua-
tur , arma quibus nos lacesunt Platonici , & Nominales non erit
difficile admodum in ipsos detorquere.

XIII. *Categoria* , cum proprie sit apud oratores accusatio , ab
Aristotele pro attributione , seu appellatione usurpatur. Cl. Philo-
sophi partitionem in decem classes amplexamur , modo non ad duo,
sed ad tria potius capita referantur , substantiam , videlicet , acci-
dens , relationem.

XIV. Homo , qui cogitationis capax est , facultate etiam pollet
ea quae animo condit aliis communicandi articulato quodam sono,
qui *vox* nuncupatur.

XV. Divisi sunt Philosophi in assignanda vocum natura &
origine. Experientia suademur , loquendi vim homines nactos esse
natura ; industriam vero dedisse vocabula , quibus sua cogitata in-
vicem aperirent.

VI. Nonnullae in vocabulorum delectu cautelae adhibendae
sunt,

5

sunt, quo reddatur dictio limpida, tersa, fluens. Non renuam de
iis tantisper dicere.

XVII. Iudicium oritur ex apposita duarum idearum compara-
tione. Si exprimitur verbis, dicitur propositio; de cuius multiplici
partitione, tum & trina proprietate explicatius in circo nobis est
disserendum.

XVIII. Definitio, & divisio postulant modo orationem nos-
tram, quarum prior rei essentiam describit, altera partitur accuratè.
Definitionis tum experientia, tum abstractio mentis; divisionis nostra
in cognoscendo imbecillitas causa est.

XIX. Peccant qui, dum definiunt, aut dividunt nihil curant de
rei natura medullitus explananda. Cuius rei ergo paucos stabiliemus
canonas ad recte definiendum, & dividendum aptissimos.

XX. Methodus est ordinata partium dispositio, qua fit ut in
vestiganda tradendaque veritate clare procedamus. Dupplex recipi-
tur, *analytica*, quae aliis resolutionis, aliis inventionis audit, & *synthe-
tica*, seu compositionis. Singulis peculiare leges datae sunt, quas &
nos oblata occasione indigitabimus.

XXI. Dicemus etiam perparum de Dialogorum methodo,
quam invenit Socrates ad Sophistarum dicacitatem retunden-
dam.

XXII. Tertia mentis functio, quae ratiocinatio appellatur, ut
iudicio compositior est, sic aptior longe ad inveniendum verum:
non enim duas ideas invicem confert, quin ad tertiam prius, velu-
ti ad lydium lapidem comparaverit.

XXIII. Ratiocinationum distinctas species enumerant Dialecti-
ci, de quibus speramus interrogari: sed iure omnium iis praecipua
habetur syllogismus, tum ob brevitatem, tum ob eius ad aliquid
probandum efficaciam.

XXIV. Nolumus magnam propositionum copiam scribere.
Itaque prolixas de materia & forma syllogismi disputationes, qui-
bus mentem exercere operae praetium visum est, quatuor verbis
enodabimus.

XXV. Veritatis criterium dicimus insignem notam verum à
falso secernendi. Mirum quantum in ea perquirenda ingenia sua

Lo-

Logici contriverint. Eo ducta res est, ut qui non teneant rei evidentiam esse veri criterium, digito, ut aiunt, designari facile possint.

XXVI. Triplex assignatur evidentia, Physica, Metaphisica, Moralis, quibus non par promiscuè pondus tribuendum putamus, sed metaphisicam phisicae, hanc morali anteponendam.

XXVII. Avocamur à vero multiplici de causa. In nobis memoria exilis, phantasia parum vivida, affectionum perversa indoles, nostra constitutio, quae debilis & angusta est; extra nos Parentes, Magistri, vulgus, cet. si non occludunt omnino viam veritatis, ast eius inventioni satis officiant, aguntque nos in errores proclives. Scaturigines istae sunt, unde perniosa manat praeiudicatarum opinionationum lues. Verba de iis faciemus, ut & de remediis.

XXVIII. Sceptici, quibus de meridiana etiam luce placuit dubitare, non adeo ingenui existimandi sunt, ut quae pro suo condendo systemate confixere deliramenta, solida esse veri dogmatis fundamenta crediderint. Nos, ut dubitationem immodicam condemnamus, sic probamus recte, sapienterque institutam.

XXIX. Laertio fides habenda est, dum Pyrronem, ait, nomen solum Pyrronicis dedisse, non errorem.

XXX. Demonstratio est evidens rei probatio, qua ex nota veritate aliam elicimus necessario. In multas species dissecatur, quarum quatuor omnino sunt capita, à priori, à posteriori, directa, indirecta. Singulae peculiaribus nituntur regulis, ut varia earum est ad disciplinas applicatio.

XXXI. Proprius demonstrationis effectus est scientiam parere, firmam, scilicet, claram, evidentem rei necessariae notitiam.

XXXII. Scientiae velut ex altera parte respondet fides, seu mentis assensus alterius testimonio superstructus, quem impossibile est tribuere nos ei, quam demonstratione novimus, veritati.

XXXIII. Ars, quae in re litteraria docet genuina, & vera à falsis & supposititiis discernere, vocatur *critica*, cuius notitia & exercitatio, ut per omnes scientias funditur, sic viro Logico est magnoperè necessaria. Trademus eius canones lubentissime.

XXXIV. *Hermeneutica* circa Scripturas versatur; est enim inter-

7

terpretandi ars ; seu Auctoris veras ideas ex ipsius scriptis intelligendi.

XXXV. Duo sunt utilissimae huius facultatis usus praecipui; nempe conversio Librorum in linguam alienam, & eorum per paraphrases & commentarios illustratio. Praeter rationem id apte efficiendi, peculiare quoque leges enodabimus ad Sacram Scripturam interpretandam.

XXXVI. Ceteras de ente, de praedicatis metaphisicis tritas disceptationes more Scholarum enucleabimus, considerantes » so-
» phismatum brevem quemdam ludum esse oportere, aliumque
» usum a Dialectica requirendum Philosophiae Theologiaeque maxime necessarium. « Can. Laud. op. l. 2. c. 1.

Vt. Dr. D. Raymundus Albornoz;
V. G.

Vt. Balaguer, Cen. Reg.

Dr. D. Salvador Puche,
Stud. Reg. & Rect.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

